Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Cum ergo uenerit dns uinee. quid faciet agricolis illis. Aiunt illi. Malos male pdet. et uineam suam locabit aliis agricolis. qui reddunt ei fructum temporibus suis. Dicit illis ihc. Nunquam legistis in scripturis. lapidem quem reprobauerunt edificantes. hic factus est in caput anguli. a dno factum est istud. et est mirabile in oculis nris. Ideo dico uobis. quia auferetur a uobis regnum dei. et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur. super quem u ceciderit conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius. cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quaerentes eum tenere timuerunt turbas. quia sicut ꝓphetam eum habebant. Sabbo

Ipso die illis. Dixit l. t. Genesis.
rebecca filio suo iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum esau fratre tuo. dicentem ei. Affer mihi de uenatione tua. et fac mihi cibos ut comedam. et benedicam tibi coram dno ante quam moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce